



A M A L A S I V N T H A Theodorici filia Athalaricique Gothorum Regis mater fuit , cum qua imperavit ipse filius octo annos , auspiciatus anno mundi 4 4 8 8 . à Christo nato 5 2 6 . hæc mortuo filio Athalarico Theodatum cognatum in consortem imperij legit:verùm ingratus hic,ac perfidus , eã paulò post relegavit,tandem etiam obtruncari iussit: nec ita diu postea imperavit:quinetiam ipsum Optaris occidit: quare Gothi Vitigem Regem crearunt:quem captũ Belisarius Rauenna potitus,Constantinopolim duxit. Blondus lib.3. Deca.1.Pau.Diac.lib.7.Ab.Vrsper.Pom.Læ.in Iustiniano.Pau.Emy.lib.1.de re.Franc.

A T H A L A R I C V S Gothorum Rex , Theodorico auo materno,(qui Gothorum primus in Italia imperavit 3 4 . annis) iuuenis admodum, nempe octo annorum,successit:huius immaturam ætatem mater rexit,erudiendamque civilibus, priusquam bellicis artibus curavit:nam pater Eutharicus obierat.hic ætatis anno 1 6 .imperij 8 .decessit. Vide vt supra.